



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1681

cxxi [i.e. xi]. Substantia & in se, & quandoquè in subjecto extraneo est
principium adæquatum accidentium

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

IV. Est quoq; substantia non tantum principium adæquatum productivum accidentium in seipso, dum emanat suas proprietates, sed quandoq; etiam in subjecto extraneo V. G. dum sol, qui formaliter calidus non est, producit calorem non per alium calorem. Frequentius tamen substantia simul cum accidente producit accidens aliud in subjecto extraneo, ut ignis unà cum suo calore calorem in ligno; dum enim duæ causæ, quarum quælibet habet virtutem producendi effectum, approximantur passo, utraq; attemperato concursu influit in effectum. Non impedit igitur calor ignem, quò minus ignis producat calorem in ligno, etsi detur calor esse agens magis proportionatum ad producendum alium calorem, quam est ignis, quæ tamen major proportio non colligitur ex majori similitudine, cum proportio inter effectum & causam non consistat in similitudine, ut patet in lapide simili alteri lapidi, quæ nequit producere. Erit autem accidens concurrens cum substantia ad producendum aliud accidens causa instrumentalis substantiæ, si accidens producendum sit perfectius accidente producente, aliàs non. Porro potest etiam accidens se solo sine concursu substantiæ

producere aliud accidens in subiecto extraneo, uti id contingit, dū aquæ calefactæ calor producit calorē in manu mea, ad quā calefactionem forma aquæ nō concurrat effective.

XII. Causa efficiens, cū non tantū producat effectum in spatio sibi contiguo, sed & in remoto, intra sphæram tamen lux activitatis (si enim sol produceret solū lucem in aëre sibi contiguo, hæc lux dein absq; solis concursu producit aliā lucem in aëre sibi contiguo, hæc rursus lucem sequentem in sequēte aëris parte, jã tanta erit lux in lateribus cōclavis, à quibus ad solē linea recta duci nequit, quàm in loco unde quæ patulo, cū æquē his partibus lux approximetur; imō stylus in horologio solari nō jacet umbram, si lux horologio cōtigua illud sola illuminet) debet eidē spatio, cui per suam entitatem seu cōtigitate formali & imēdiatione suppositi præsens non est, approximari per contactū & imēdiationem virtutis, diffundendo à se & cōtinuando per medium actionem, vel etiam virtutes aliasve qualitates (quales quamplurimæ per medium diffunduntur, etsi nobis sint imperceptibiles, ut odor, ex quo canis inquit feras, qualitates morbida & venenata ab ægris,